

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**  
**Parisiis, M.D.LXXV.**

Viuendum hic esse more peregrini, vt ex Christi morte fructum sentiamus.  
67.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](#)

Viuendum hic esse more per-  
grini , vt ex Christi morte  
fructum sentiamus.

67.

*Q*uamuis pro toto(nec enim sine crimine quippe  
est)  
*S*ancta Dei soboles pertulit orbe nec m:  
*I*us tamen est nullis,peregrinos preter,in illum,  
Qui charo est Dominu sanguine partus,agru:  
*E*rgo in eo certum tibi si ius esse sepulcri  
Expetis,hic ciuis viuere more caue.  
At potius mœrens veluti peregrinus,& exul,  
*A*lpatriam celeri qui pede tendit humum.

## S C H O L I A .

*Ser. 128. Quamuis pro toto) Eleganter*  
de temp. ponit Augustinus hunc Euang:  
*M*at. 27 ij locum,vbi ex ea pecunia,  
Christus venditus est, Iudea  
grum figuli in peregrinorum  
pulturam emisse dicuntur. A  
taque vir doctissimus: Ager  
li, Christi sanguine emptus  
peregrinis qui erant sine do-

& patria : & iis , qui toto orbe  
 exules iactabantur: requies Christi  
 sanguine prouidetur : quibus  
 non est in mundo possessio , his  
 in Christo fit sepultura. Istos au-  
 tem peregrinos , quos esse dici-  
 mus,nisi deuotissimos Christianos,  
 qui renunciantes seculo , &  
 nihil possidentes in mundo , in  
 Christi sanguine requiescunt.  
 Christianus enim , qui mun-  
 dum non possider , hic totum  
 possidet Saluatorem. Ideo autem  
 peregrinis Christi sepultura pro-  
 mittitur , vt qui se à carnalibus  
 vitiis tanquam peregrinum & a-  
 lienum custodierit , is Christi re-  
 quiem mereatur. Sepultura e-  
 nim Christi , quid est aliud , ni-  
 si requies Christiani ? Atque  
 eodem modo abbas Drogo , *Libr. de*  
*Sacram.*  
*Da mihi , inquit ad Deum , por-* *Domi.*  
*tionem in terra viuentium in* *Passio.*

o ij

S A C R A

sepultura peregrinorum, in agro  
Aceldema , qui pretio magno  
sanguinis Christi emptus est. Ii  
sepulti sunt patres nostri, qui lo  
per terram aduenæ fuerunt. Se  
quid? dicet aliquis , An nō in hoc  
mundo peregrini omnes sumus

*D*e *v*erb. Cur enim alioqui dicit Augustinus,  
*D*om. vnuſquisque h̄ic & in domo  
*s*erm. 32. sua hospes est. Si non est hospes  
non inde transeat. Si transitus  
est, hospes est. Non se fallat: vel  
nolit, hospes est. Huic quæſtione  
respōdere facile est, nimirum n̄  
tam hanc verè peregrinationem  
eſſe, omnēſque in vniuersum ho  
mines peregrinos & aduenas eſſe.  
Verūm in hoc discrimi  
ſitum eſſe, quòd quidam ca  
les ſe agnoscunt, vt qui in A  
xis & fragilibus rebus amora  
ſuum minimē figāt, ſed toto ani  
mo ad c̄ternam patriam aſpiren

contrà alij falsarum mundi voluptatum illecebris deliniti, instar sociorum Vlyssis, patriæ suæ obliuiscantur, æternamque beatitudinem huiusc vitæ gaudiis posteriorem ducant.

Quòd quo rectius quispiā viu it,  
eò se omni bono indignio-  
rem esse censeat.

68.

*Quò magis à Christo mens conselerata recedit,*  
*Hoc sua damna minus perspicit, atque gemit.*  
*Quò propior Christo mens est, hoc crimina cernit*  
*Ipsa magis, visis ingemit atque magis.*  
*Nam velut ardenti corpus cum febre laborat,*  
*Quanam sit cunctis debilitate liquet:*  
*Sic Deus inuisens animas Et corda piorum,*  
*Vel minima his ut sint crimina nota, facit.*

## SCHOLIA.

*Quò magis à Christo ) Diuus Hie-* In 3. cap.  
ronymus in peccati pœnam hoc thren.  
cōtingere scribit, vt quis bonum  
videat, quod facere debet, nec ta-  
men facere queat: verū ex lōge

o iij